SCELTA

DI

CURIOSITÀ LETTERARIE

INEDITE O RARE

DAL SECOLO XIII AL XIX

Dispensa XXIX.

Di questa SCELTA usciranno otto o dieci volumetti all'anno: la tiratura di essi verrà eseguita in numero non maggiore di esemplari 202: il prezzo sarà uniformato al num. dei fogli di ciascheduna dispensa, e alla quantità degli esemplari tirati: sesto, carta e caratteri, uguali al presente fascicolo.

Gaetano Romagnoli.

ILIO

CA

0

o la Disp. I.

La Dispensa I. è costituita
dalla Dispensa 18.ª
In quella avrebbero dovuto
stampare Disp: I.ª Così
è stato riscontrato da me.
dal Romagnoli

LE VITE

DI

NUMA E T. OSTILIO

TESTO LATINO

DI FRANCESCO PETRARCA

E TOSCANO

DI M. DONATO DA PRATOVECCHIO

PER CURA E STUDIO

DI

LUIGI BARBIERI

Disp. II.

BOLOGNA
Presso Gaetano Romagnoli
1863

Edizione di soli 202 esemplari
ordinatamente numerati

N. 158

TIPI FAVA E GARAGNANI.

AI CARISSIMI

DOTT. CLEMENTE ASPERTI E CARLO ROGNONI

LODATI MAESTRI

DI CHIMICA E DI AGRARIA

CULTORI AMOROSI

DE' BUONI STUDI E DELL' OTTIME LETTERE

QUESTO CLASSICO OPUSCOLO

VUOLE L'EDITORE INTITOLATO

PER SINCERA DIMOSTRAZIONE

DI QUELL' AFFETTO

CHE NATO GIA' DA CONSUETUDINE DOLCISSIMA

NUDRISCE ORA ED AUMENTA

VERACE STIMA E PARTICOLARE OSSERVANZA

VITA

NUMAE POMPILII ROMANORUM SECUNDI REGIS

Numa Pompilius sequitur Pomponis filius, secundus regum. Hic, curibus sabinis ortus, atque habitans summa religionis ac justitiae fama, quasi aspectus corporis habitum animi sequeretur, a prima aetate canus. Romae dissidentes de eligendo rege compescuit; nam, unius licet urbis incolae unum in populum coaluissent, nondum tamen vetustatis inmemores dissidebant votis, post Romuli finem, suae utrique certatim favente origini; et, quamquam superior, romanus cessit tamen viri hujus reverentiae, atque ad solum Numae nomen omnis est compressa dis-

sensio, sabinis ingenti gaudio plaudentibus indigenae regi, romanis ultro meritum honorem tanto advenae deferentibus. Sic electus a populo, confirmatus a patribus, peregrinus ad regnum venit, inque urbem romanamque arcem evocatus, rerum habenas, auspicato quoque ut Romulus fundamenta urbis jecerat, suscepit. Vir divini et humani juris consultissimus, tranquillitate ingenita paci studens, bello abstinens, sacris deditus, et primo quidem regi proposito similis fortassis, verum artibus totiusque vitae tenore dissimilis. Ille enim vi atque armis, hic justitia et legibus fundavit imperium; illi bella placuerunt, huic, ut dixi, pacis amor ac studium fuit. Quod ut asperis belloque assuetis ingereret animis, prudentissime contra morbum veterem adverso remedio usus. Atque ad leniendam populi ferociam armorum natam nutritamque usu, desuetudinem optimam esse arbitratus, Jani templum statuit, quod apertum,

belli, clausum, pacis esset inditium. Idque ipse toto regni tempore obseratum providentiae suae repagulis vectibusque continuit, bellico intus furore compresso, pace circum justitiaque regnantibus: rara deinceps bellacis populi fortuna fuit, tam perpetuis motibus stirpem suam Gradivus exercuit! sic extincti regis nuntio creditum, sic jussui obtemperatum fuit! Hic vicinos igitur populos, quos alter bello vicerat, foederibus junxit; et quos ille metu presserat, hic amore servavit. Mox, visibilium bellorum terrore deposito, adversus invisibiles hostes omnem curam, omne studium vertit. Lasciviae indomitaeque libidini, quae mala saepe pacis otium parit, deorum metum et vincla religionis, qualis illorum temporum esse poterat, objicit. Qui ministros instituit sacerdotes, ac flamines, virginesque Vestales, stipendium de publico vestesque et reliqua habitus insignia. Iubet et ancilia solemniter circumferri, caeri-

moniusque multimodas observari, qui omnibus his praeesset, ad quem omnia referrentur, patritia de gente summum statuit pontificem, quem praefecit et infernorum sacris et funeris, et procurationi fulminum atque prodigiorum: multa insuper id genus quae prosequi longum et religiosis vere animis atque auribus vanum etiam supervacuumque esset. Ille tamen ad haec omnia ex arcano divinitatis elicienda, aram Jovi Elicio Aventini collis in vertice erigit dedicatque: annum praeterea in menses duodecim, duobus primis, januario scilicet februarioque, additis, distribuit; additque leges multas atque utiles, primus apud romanos legifer. Quae ut in vulgi animos altius cuncta descenderent, quaecumque ageret, se divino motu alloquioque edoctum simulans, sic et diis accepta populoque salubria se sancire suadet. Figmento locum et tempus idoneum nactus, in nemus siquidem Aricium intempestae noctis silentio ventilabat.

Illic cavo quodam et umbroso specu (ubi et ipsi nuper cognoscendi studio fuimus), jugis ad fontem aquae submotis solus arbitris se se includens, tempus de industria terebat, metu interim comitibus et veneratione perfusis. Inde egrediens cum Egeria quadam camenisque (quibus ob id meritum, ut terrori fidem adderet, lucum ipsum consecravit), de omni statu reipublicae se tractasse fingebat: et commento fides habita. Sic, his omnibus, velut divino ore prolatis, adhuc simplici et credula plebe intenta, tres et quadraginta annos, tot enim in summa pace regnavit, vicinorumque omnium, qui prius oderant, amore ac reverentia conquievit.

Hac sapientiae et virtutis fama scriptores quidam adducuntur ut Numam Pompilium regem Pythagorae philosophi fuisse discipulum opinentur, quos tam temporum quam locorum ratio redarguit. Nam et Pythagoram, non Numae, sed Servii Tullii temporibus, cen-

tum et eo amplius post annos, nec tunc Romae, sed extremo Italiae in angulo floruisse compertum est. Id ergo propius vero vel nullo peregrino magisterio, sed vetustae suae gentis disciplina, quam toto tunc orbe sanctissimam fuisse constat, vel, ut certius loquar, illo inspirante, qui reges et philosophos doctos facit, regem hunc doctum adeo evasisse: quo etiam inspirante, ille philosophus alibi quidem et aetate alia atque sciendi genere doctus fuit. Numae ergo Pompilii et quieta et sapiens, qua datum erat ulli hominum, vita fuit, et tranquillus ac facilis vitae finis, nullis interpellantibus motibus vel civilibus vel externis. Obiit senex, sepultus est sub Ianiculo. Tantumque tributum huic regi novimus, ut quae ipse sanxisset nullus hominum, nisi idem ipse, infirmare aut mutare praesumeret. Siquidem post annos circiter quingentos, sub tempus belli Macedonici in agro Petilii scribae, qui ad Ianiculum erat, agricola, cui Terentius nomen fuit, sulcum mo-

liente profundius, inventae sunt arae duae lapideae, plumbo opertae; quarum altera sepulcrum regis erat, in altera libri regis, latini septem et totidem graeci alternis candelarum fascibus impliciti: illi quidem de jure pontificio, hi autem de sapientia conscripti. Qui cum a paucis lecti, contra religionem temporum et sacrorum visi essent, jurante seu jusjurandum offerente praetore nequaquam expediens esse reipublicae libros illos servari aut vulgari, senatu jubente, atque populo spectante, combusti sunt. In quibus opinari fas est, idque nostrorum quosdam opinatos video, sapientissimum regem ad ferocem populum frenandum metu coelestium, et, pro tempore, utili mendacio diu usum, tandem morti proximum, cum pacata satis omnia speraret, nec jam amplius figmento opus arbitraretur, veritati nudae operam dedisse, quamvis, ut est dictum, occupatis superstitione animis veritas ipsa rejecta sit, sicut saepe animi passionibus victa rejicitur.

VITA

DI

NUMA POMPILIO

Numa Pompilio, figliuolo di Pompilio, fu secondo re. E costui nacque de' curi sabini e con quelli abitava con somma fama di religione e di giustizia; e, quasi come lo aspetto del corpo seguisse l'abito dell'animo, in prima etade ello fu canuto. E istando i romani in discordia d'eleggiere re, ello tolsé via la quistione; perchè, bene che li abitatori d'una città fossono cresciuti in uno popolo, ancora ricordandosi della sua antichità, erano in discordia co' desiderii, favoreggiando ciascheduno la sua generazione. E, bene che il popolo di

Roma fosse superiore, diede luogo alla reverenzia di questo uomo, e al solo nome di Numa tutta la discordia fu quietata: i sabini allegrandosi sommamente avere il re di sua nazione, e i romani onorando oltre al merito sì grande forestiero. E così eletto dal popolo, fu confermato dai senatori, e forestiero venne al regno, e, chiamato nella città e nel palagio de' romani, prese il reggimento con agurio come Romolo avea fondato quella. Uomo fu il quale era ammaestrato delle divine e delle umane leggi, con naturale riposo istudioso di pace, nimico di guerra, e dato ai sagrificii, e di proponimento forse simile al primo re, ma dello esercizio e di tutta la vita dissimiglievole. Colui per forza e coll'arme, costui con giustizia e colle leggi fondò lo imperio; a colui erano piaciute le guerre, a costui, com' io vi dissi, piacque lo studio della pace. Il quale, acciò ch' elli il mettesse nelli animi aspri e usati

alla guerra, savissimamente usò lo rimedio contro alla vecchia infermitade. E, a umiliare la ferocitade di quello popolo all'armi nato e nutricato per usanza, pensando che la disusanza fosse ottimo rimedio, edificò uno tempio a Iano, il quale essendo aperto fosse segno di guerra, ed essendo serrato, era segnio di pace. E questo per tutto il tempo del suo regno stette serrato, colli serragli della sua provvidenza tenendo, serrato dentro il furore della guerra, e d'intorno la pace e la giustizia; da poi essendo la pace e la giustizia [rara] fortuna del popolo atto a battaglia, tante volte Marte esercitò la sua schiatta con perpetui movimenti! e così fu creduto per lo annunziare del morto re, e così fu obbedito! Costui adunque congiunse con amore i popoli, che l'altro re avea vinti per battaglia, e con amore servò quelli, li quali colui avea acquistati per paura. Poi, messa giù la paura delle visibili guerre, ello con-

vertì tutto il suo pensiero e tutta la sua sollicitudine contro a' nimici invisibili; e puose la paura delli idei e li legami della religione (com'ella potea essere fatta in quello tempo) contro a lascivia e contra a' diletti, i quali mali spesse volte l'ozio della pace partorisce. Alla quale religione ello ordinò amaestratori, preti, frati, e le vergini vestali; e ordinò del bene comune la provisione di quelli e così li vestimenti e gli altri ornamenti dell' abito; comandò che portassino intorno [gli ancili], e osservassino riti di religione in molti modi; e ordinò uno sommo sacerdote de' patrizii, il quale fosse sopra tutti e al quale si riferisse ogni cosa, il quale ello pose sopra gli sagrificii infernali e de' morti, e a provedere alle folgori e alle cose maravigliose; e ordinò ancora molte cose sì fatte, le quali sarebbe lungo di scriverle e vano e supervacuo alli animi e alle orecchie veramente religiose. E niente meno

ello a trarre tutte queste cose del segreto della divinità, dirizzò uno altare a Giove Elizio nella sommità del monte Aventino, e sì lo sagrò sotto nome di quello. Divise l'anno in dodici mesi, aggiugnendovi i primi due, gennaio e febraio; e aggiunse molte e utili leggie, primo costui a fare leggi appresso li Romani. Le quali acciò che più profondamente discendessono nell'animo del popolo, mostrò che in tutte le cose, ch'ello facea, fosse ammaestrato per divine parole (così confortò e persuadè sè ordinare cose accette agli dei e salutevoli al popolo), pigliando il luogo e 'l tempo atto. Perchè nella notte, quando ogni cosa tace, ello entrava nel bosco Arizino, e, in quello, entrava in una cava e scura spelonca (dove io sono stato nuovamente per vederla) a una fontana di viva acqua solo; e, mandato via ogni compagnia, studiosamente stava per lungo spazio, in questo mezzo stando i compagni con pau-

ra e con reverenzia. E uscendo di quello luogo con Egeria e con alcun'altre (a le quali ello avea consacrato quello bosco per questo servigio, acciò ch'ello giugnesse la paura colla fede) mostrava sè avere trattato di tutto lo stato della republica: ed era dato fede a questa fizione. E così lo semplice popolo, intento a tutte queste cose come per la bocca di Dio manifestate, si riposò quaranta tre anni, come ello regnò, in somma pace e amore di tutti i vicini, i quali in prima l'avevano in odio.

E per questa fama di sapienza e di virtù alcuni scrittori ànno indotto a pensare che Numa re fosse discepolo di Pittagora filosofo, li quali sono ripresi così per la ragione de' tempi come per quelle de' luoghi. Perchè si truova che Pittagora non fu al tempo di Numa, anzi fu al tempo di Servio Tullio, dapoi cento anni e più, e allora non fu a Roma, anzi fu in uno 'stremo cantone d'Italia. Dunque que-

sto è più presso alla verità ch'ello per niuno strano magisterio fosse ammaestrato, ma per antica disciprina della sua gente (la quale in quello tempo fue santissima per tutto il mondo), ovvero, acciò ch' io favelli più certo, ispirandolo colui, il quale fa ammaestrati e re e' filosofi; il quale ancora spirando, quello filosofo e in altro luogo e in altra etade e in altra scienza fue ammaestrato. Dunque la vita di Numa Pompilio fue quieta e savia, quanto fue conceduto ad alcuno uomo, e il fine suo riposato e leggiero, sanza alcuno movimento di cittadini o di forestieri. E morì vecchio, e fu seppellito sotto il monte Ianicolo. E avemmo letto tanto essere stato onorato questo re, che niuno uomo presunse, se non quello medesimo, rimovere o mutare quelle cose ch'ello avea ordinate. Perchè, dapoi circa a cinquecento anni, al tempo della guerra macedonica, nel campo di Pitilio notaio, il quale era presso a Ianicolo,

uno villano, chiamato Terenzio, cavando profondamente, furono trovate due arche di pietra coperte di piombo: delle quali l' una era la sepoltura del re, nell' altra erano i libri del re, sette nella lingua latina e tanti nella lingua greca, rivolti in fasci di candele: e quelli erano scritti delle leggi del sacerdozio, e questi, di sapienza. I quali, come elli furono letti d' alcuni, e furono veduti essere contro alla religione di que'tempi, e contro all'usanza de' sacrificii, giurando il pretore, e dando il sagramento, che non era di bisognio alla republica di salvare que' libri e manifestarli, furono arsi di comandamento del senato e in presenza del popolo. Ne' quali è lecito pensare, e veggo alcuni avere pensato, che quello savissimo re, a rafrenare quello feroce popolo collo tremore delli idei, in quello tempo usò utile bugia, finalmente, prossimo alla morte, veggiendo ogni cosa assai quieta, non pensando che fosse più bisognio

la fizione, usò la pura verità; bene che, come è detto, la verità fue dispregiata dagli animi occupati a superstizione, come spesse volte ella è rifiutata per le passioni dell' animo.

TULLUS HOSTILIUS

Tullus Hostilius, illius Hostilii nepos, qui sub Romulo adversus sabinos pugnans occubuerat, et avita memoria et propriae merito virtutis rex creatus, tertius Romae regnavit. Vir acerrimus secundoque regi dissimillimus, et ferocior primo. Hic militiae artifex dictus est, quod bella, quae Romulus impetu animi fervidaque virtute gesserat, hic pari animo, sed cautius et ratione adhibita, bellicisque artibus gessit. Primum illi cum albanis pene domesticum ac civile bellum fuit, utrisque una eademque profectis origine. Inter natos parentesque orta dimi-

catio videbatur, ferox miserandumque negotium, nisi ducum providentia miro quidem et prope incruento marte transactum esset. Id enim, ut cognato sanguini parceretur, petierat dux albanus, nec, quamvis animo ac viribus et vincendi spe certior, rex romanus abnuerat. Neque consilio ducum fortuna defuerat: forte enim utrimque trigemini fratres inventi sunt et numero pares et nomine similes ac virtute. Tres romani, Horatii, tres albani, Curatii dicti. His, hortatu ducum hinc illinc, sponte subeuntibus utriusque reipublicae fatum totiusque belli pondus imponitur, foedere perquam solemniter inter partes inito, ut penes cuius populi cives victoria, penes ipsum populum esset imperium. His conventis, ex diverso terni fratres prodeunt armati, utroque exercitu expectante ac sollicito futuri magis servitii quam praesentis discriminis obtentu. Ipsi quoque non tam sibi quam quisque suae patriae solliciti, tot millium

sub oculis parvam quidem sed atrocem pugnam ineunt: cujus ut principium animosum, sic mirus et pene incredibilis finis fuit. Primo siquidem concursu, duobus hinc romanis interfectis, tribus inde albanis vulneratis, exercitu iam albano exultante, romano autem attonito, et, jam spe abjecta, de instanti servitio cogitante, romanis unus qui supererat, adhuc integer et intactus ferro, subitum vastumque consilium capit, aeternumque pugnantibus documentum arctis in rebus agili versatilique animo opus esse non stupido atque inerti. Nempe se se incolumem ac viribus indefessum sentiens, hostes saucios cernens, cogitansque, quod erat, varie illos vulneribus affectos, nec pares robore nec incessu neque omnino pariter secuturos, ut circumfusos distrahat, qui ût omnibus imparem sic superiorem singulis se sperabat, fugam arripit. Nec multum viae abierat cum retro aspiciens, quod animo conceperat, jam distractos hostes

unumque jam tergo instantem videt. Illum magna vi conversus obtruncat, albanis frustra ut opem fratri ferant alios duos hortantibus, romanis inopina spe recuperatis animis et suum bellatorem votis ac voce firmantibus. Ille cui prospere consilii primordia successissent, continuato impetu in secundum ruens, illum quoque, antequam tertius vulnere gravior quamquam jam vicinus occurreret, interfecit. Hinc jam cum tertio negotii nihil; aequi numero sed dispares viribus animisque concurrunt: itaque romanus attonitum improvisis eventibus fratrum et vulneribus debilitatum sternit ac jugulat, et militaribus exuviis illum atque alios spoliat; eoque maiore quo insperatiore laetitia susceptus a suis victoriam imperiumque in patriam revexit. Sepulcra olim, nunc vestigia sepulcrorum ostenduntur, ubi quisque ceciderat; duo simul romana Albae, tria albana inter se distantia Romae propius, sicut illos victor Horatius fugiendo distinxerat.

Sed hanc tantam gloriam victor tristi mox parricidio foedavit. Romam enim rediens, hostilibus spoliis onustus, cum sororem suam virginem, quae uni Curatiorum desponsata fuerat, obviam habuisset, conspectoque fratris in humeris sponsi paludamento suis manibus texto, sponsalitio munere, maestam in publico gaudio deflentemque conspiciens, acerrime indignatus, illam gladio transfixit, exclamans: « sic eat quaecumque romanum lugebit hostem. » Huiusque facinoris reus apud Regem et a Duumviris dampnatus, populum appellans, iuri ereptus, annosi patris orbitatem deprecantis precibus ac lacrimis condonatus est. Hoc maxime modo Alba Romae, quasi mater filiae, in imperium venit.

Dehinc Metius Fufetius albanorum dux, se apud suos odiosum sentiens, quod libertatem fortunasque omnium in tam paucorum manibus posuisset, ut in gratiam rediret, fidenates ac vejentes, pollicitus illis in tempore af-

futurum laturumque opem, in Romanum bellum impulit. Quo, cum a Tullo evocatus ex foedere, cum exercitu advenisset, pugnaque inita, neutram totus in partem inclinare ausus, proximum se in collem contulisset expectaturus rei exitum, Romanis novitate trepidantibus, Tullus exclamat, ut ab utroq: e intelligeretur exercitu, suo id consilio jussuque geri, ut a tergo hostes adoriretur. Quo dicto, et suis metu transfugii dempto et suspitione hostibus inrepta, victoriam maturavit. Postquam cum ille gratulabundus romanis sua signa coniungeret, rex gravibus verbis increpitat eum, gravi itidem nec injusto tamen puniit supplicio, ut divisus enim huc illuc proditoris animus fuerat, sic quadrigis in diversum actis discerpi corpus jubet, Albamque subverti, et cognatum populum Romam transvehi atque in Caelio monte constitui, ubi ipse sibi etiam sedem legit.

Tandem cum sabinis his, qui a ro·

manis relicti erant intra fines patrios, congressus ad Sylvam, quae Malitiosa dicitur, atroci praelio victor fuit. Cumque nullum belligerandi finem facturus videretur, et civitas peste ingenti eleboraret, et ipse jam senior, dura correptus aegritudine, ac totus in sacra versus, Numae quam Tullo similior factus esset, ad extremum, cum regnasset annos duos ac triginta, tota cum domo sua fulmine ictus interiit.

VITA

DI

TULLIO OSTILIO

Tullio Ostilio, nipote di quello Ostilio il quale sotto Romolo combattendo contro ai sabini fu morto, creato re per ricordanza del suo avolo e per merito della propria virtù, regnò terzo a Roma. Uomo molto aspro, e al secondo re molto dissimiglievole, e più feroce che 'l primo. Costui fu chiamato maestro di cavalleria, perchè le battaglie, che Romolo avea fatte con furore d'animo e con calda virtù, costui le fece con eguale animo, ma più cautamente e con ragione ed arte di guerra. La prima guerra ch'ello ebbe, fu colli albani, e fu

quasi civile e in casa sua; l'uno e l'altro essendo nati d'una medesima origine. Parea che fosse nata la discordia intra figliuoli e padri, ed era crudele e miserabile quistione, se non fosse finita per la providenzia de'capitani maravigliosamente e sanza battaglia di sangue. E questo avea domandato il duca delli albani, acciò che fosse perdonato al sangue di quelli i quali erano parenti; e 'l re de'romani non negò questo, bene ch'ello avesse più animo e più possanza e più speranza di vincere. E non mancò la fortuna alla deliberazione de' capitani. Perchè a caso furono trovati di ciascuna parte tre fratelli pari in numero e simili in loro nome e nella virtù: i tre romani erano chiamati Orazii, e li tre albani erano chiamati Curazii. E a questi, pigliandolo di volontà, dall'una parte e dall'altra fu imposta la fortuna dell' una e dell'altra republica ed il peso di tutta la grave battaglia; e fermato fu solen-

nemente il patto intramendue le parti, cioè che lo imperio rimanesse appresso a quello popolo del quale i tre cittadini fossono vincitori. E, fermato questo, da diverse parti si presentarono i tre fratelli armati in mezzo delle due osti più sollecite della futura servitù che per vedere lo presente pericolo. E quelli, non tanto solleciti di sè, quanto della sua patria, cominciarono in presenza di tanti occhi picciola ma aspra battaglia; della quale come lo principio fue animoso, così il fine fue maraviglioso e quasi incredibile. Perchè nel primo assalto furono morti due romani e i tre albani furono fediti; e, già allegrandosi l' oste degli albani, e quello de' romani impaurito e messo giù la speranza già pensando essere servi, l'uno de'romani, il quale restava sano, prese scalterito e subito consiglio: eterno amaestramento a'combattitori che nelli stremi casi ànno bisognio di presto e accorto animo e non di pauroso nè

pigro. Sentendosi ello sano e non affaticato, veggiendo i nemici fediti, e pensando quello che era, ch' elli fossono passionati di varie fedite, e non pari in fortezza nè al muoversi, ed eziandio ch' elli non lo potessino seguire, cominciò a fuggire, acciò ch' ello li dispartisse; il quale come li pareva essere insufficiente a tutti, così sperava d' avere vantaggio da uno ad uno. E non era fuggito molto, quando, volgendosi indietro, ello vide quello ch' elli avea pensato, cioè i nimici dispartiti, e l' uno che già gli era alle spalle. E, voltosi, con grande furore l' uccise, chiamando indarno li albani li altri due fratelli chè dessono aiutorio a quello, e i romani confortando il suo combattitore con prieghi e con parole, avendo ricoverato l' animo con non pensata speranza. Colui, al quale i cominciamenti della sua deliberazione avevano effetto, continuando il furore contro al secondo, uccide quello, innanzi che

il terzo, più grave per le fedite, il soccorra, bene ch'ello già gli fosse vicino. E già, per questo, non restava fatica col terzo: elli, eguali in numero, ma dispari nella forza, coll'animo combatterono. Dunque il romano abbattè colui impaurito del caso de' fratelli e indebolito per le fedite; e, uccisolo, spogliollo delli ornamenti militari; e, ricevuto perciò con maggiore letizia dai suoi perchè li era meno speranza, portò nella patria la vittoria e lo imperio. Già erano mostrate le sue sepolture, al presente sono mostrate le vestigie di quelle, dove ciascuno era caduto, due romani insieme in Alba, tre albani, spartiti l'uno dall'altro, apresso a Roma, come Oratio vincitore fuggiendo gli avè dispartiti.

Ma questa sì grande gloria il vincitore incontanente bruttò coll'omicidio della parente. Perchè tornando a Roma ornato delle spoglie de' nimici, vegnendoli incontro una sua sorella

vergine, la quale era sposata da uno de' Curazi, veduta indosso al fratello la veste del marito tessuta di sua mano, per dono del matrimonio; e veduto ello lei intrattanti allegri stare trista piangendo, aspramente indegnato l'uccise, gridando: « così vada qualunque piangerà i nimici de' Romani. » E per questo peccato accusato e dannato dinanzi al re, appellandosi al popolo, fu tolto alla ragione, e fu donato a' prieghi e alle lagrime del vecchio padre, il quale pregava per lo figliuolo. E per questo modo Alba massimamente venne in signoria de' romani, quasi come la madre in signoria della figliuola.

Da poi Mezio Fufezio, duca delli albani, sentendosi essere odioso apresso a' suoi, perchè ello avea posto la libertà e la fortuna di tutti in sì poche mani, acciò ch' ello tornasse in grazia, stimolò contro a' romani i fidennati e i veyenti, promettendo essere con essi e di darli aiutorio. Dove,

chiamato da Tullio secondo i patti coll'oste, com'ello venne, cominciata la battaglia, non ardito tutto a mostrarsi ad alcuna delle parti, posesi in uno monte dapresso aspettando il fine del fatto. I romani temendo per la novità, Tullio grida, acciò ch' ello fosse inteso dall' una oste e dall' altra, che questo si fa per suo consiglio e per suo comandamento, chè i nemici fossono assaliti dalle spalle. La qual cosa detta, fu tolta la paura del fuggire a' suoi; e, fatti sospetti i nimici, più tosto ebbe vittoria. Poi, come ello venne con la sua oste a rallegrarsi colli romani, e il re gravemente lo riprese con parole, e similmente con giustizia il punì: perchè come l'animo del traditore era stato diviso in quà e in là, così il re comandò il suo corpo essere dispartito con carrette volte a diverse parti; e guastò Alba, e mutò a Roma il congiunto popolo e allogollo in sul monte Celio, dove eziandio elesse la la sua sedia.

E finalmente venuto alle mani colli sabini, con quelli che Romolo avea lasciati intra i confini della sua patria, appresso alla selva che si chiama Maliziosa, fue vincitore in aspra battaglia. E mostrando non volere fare fine alle guerre, essendo la terra sotto grande pistolenzia, ello già molto vecchio e in grande infirmità e tutto convertito alle cose sagre, già più simiglievole a Numa che a sè, finalmente, avendo regnato anni trentadue, morì di folgore con tutta sua famiglia.

OPUSCOLI GIA' PUBBLICATI

I. **Novelle d'incerti Autori del Secolo XIV.**
II. **Lezione di Maestro Bartolino dal Canto de' Bischeri.**
III. **Martirio d'una Fanciulla Faentina**, narrato per Frate Filippo da Siena nel Secolo XIV.
IV. **Due Novelle Morali d'Autore Anonimo del Secolo XIV.**
V. **Vita di Francesco Petrarca scritta da incerto trecentista.**
VI. **Storia di una Fanciulla tradita da un suo amante, di messer Simone Forestani da Siena.**
VII. **La Mula, la Chiave e Madrigali satirici del Doni Fiorentino.**
VIII. **Commento di Ser Agresto da Ficaruolo** sopra la prima ficata del Padre Siceo.
XIX. **Dodici Conti Morali d'Anonimo Senese, testo inedito del SecoloXIII.**
X. **La Lusignacca, Novella inedita scritta nel buon secolo della lingua italiana.**
XI. **Dottrina dello Schiavo di Bari**, secondo la lezione di tre antichi Testi a penna.
XII. **Il Passio o Vangelo di Nicodemo**, volgarizzato nel buon secolo della lingua, e non mai fin qui stampato.
XIII. **Sermone di S. Bernardino da Siena** sulle soccite di bestiami, volgarizzato nel Secolo XV, e non mai fin qui stampato.
XIV. **Storia d'una Crudele Matrigna**, ove si narrano piacevoli Novelle.
XV. **Il Lamento della Beata Vergine Maria e le Allegrezze** in rima, secondo antichi codici manoscritti.

XVI. **Il Libro della Vita Contemplativa**, saggio di un volgarizzamento del sec. XIV.
XVII. **Brieve Meditazione dei Beneficii di Dio**, per Agnolo Torini da Firenze, testo inedito del buon secolo della lingua.
XVIII. **La Vita di Romolo**, volgarizzata da M.ro Donato da Pratovecchio, col testo latino a fronte.
XXIX. **Il Marchese di Saluzzo e la Griselda**, Novella in ottave del secolo XV.
XX. **Un'Avventura amorosa** narrata da Bernardo Dovizi da Bibbiena. — **Novella di Pier Geronimo Gentile. — Le Compagnie dei Battuti in Roma nell'anno 1389.**
XXI. **Due Epistole d'Ovidio**, tratte dal volgarizzamento delle Eroidi fatto da messere Carlo Figiovanni nel secolo XIV.
XXII. **Novelle di Marco Mantova**, scrittore del secolo XVI, novellamente stampate a *facsimile* del testo originale.
XXIII. **Historia di Lancillotto dal Lago.**
XXIV.[1] **Novelle ed Esempi Morali** di Frate Filippo da Siena, testo inedito del buon secolo della lingua italiana.
XXIV.[2] **Saggio del Volgarizzamento Antico**, di Valerio Massimo, citato dagli accademici della Crusca, per testo di lingua.
XXV. **Novella del Cerbino**, in ottava rima di un Anonimo antico.
XXVI. **Trattatello delle Virtù**, testo francese di Frate Lorenzo de' Predicatori, e toscano di Zucchero Bencivenni scrittore del secolo XIV.
XXVII. **Negoziazione di Giulio Ottonelli alla Corte di Spagna.**
XXVIII. **Tancredi Principe di Salerno**, novella in rima di Hieronimo Benivieni fiorentino.